SVMMARIVM.

Quiten. nullitatis cassationis Capituli:

IVlius Papa III. Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis Officij &c. & si contingat dictum Hieronymum, aut pro tempore existentem ipsius Ordinis Priorem Generalem confirmationem huiusmodi denegari, eumdem Hieronymum, & pro tempore existentem Priorem Generalem teneri, & obligatum esse ad causam denegationis huiusmodi in eadem denegatione exprimendam. Tuncque eisdem Congregationibus, & Prouincijs, ac personis confirmandis huiusmodi licere ad præfatum Marcellum Cardinalem, & nos &c. recursum habere &c. Num. 1. *Cõstitutio Iulij III.*

Reelectiones in ordine nostro non permittenur ità scilicet, vt nec Prouincialis, neque Visitatores in eadem Prouincia, nec Prior in eodem Conuentu, nec Definitores in sequenti Capitulo Prouinciali eiusdem Prouinciæ inmediatè reeligi possint. Num. 2. *Constitutio ordinis ex par. 3. cap. 2. §. 8.*

Martinus &c. pro cunctorum christianæ Religionis Ordinum statu &c. sanè sicut nuper &c. percepimus nonnulli Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Professores etiam in Theologia Magistri in officijs Prouincialatus secundum instituta, & laudabilem consuetudinem eiusdem Ordinis pro tempore constituti *spiritu inanis gloriæ, & ambitionis ducti*, & sua sorte non contenti, vt in huiusmodi officijs quibus præsunt continuè, seu ad eorum vitam remanere, seu iterum confirmari, vel reeligi possint varijs ingenijs, subtilibusque, & exquisitis modis, ac coloribus etiam contra ipsius Ordinis instituta, & consuetudines huiusmodi perquirunt, insistunt, & procurant &c. Num. 3. *Constitutio Martini Quinti.*

Nos igitur in præmissis &c. prouidere cupientes authoritate Apostolica tenore præsentium statuimus &c. quod quilibet Prior Prouincialis &c. qui iuxtà instituta &c. in sua Prouincia anno quolibet Capitulum Prouinciale &c. celebrari non fecerit + sit dicto officio eoipso priuatus #, quodque nullus ex huiusmodi fratribus ad huiusmodi Prouincialatus officium electus, vel in futurum eligendus, si in huiusmodi

+ cum renunciatione sui Protatus officij, et sigilli

Et quod si ex tunc administrationi dicti officij se immiscuerit excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, et prouinciam regant illi, quibus in hoc casu per instituta et consuetudines prædicta eius regimen est commissum

Theo-

Theologia Magister vltra tres: si verò alius fuerit vltra duos annos eligi, aut confirmari quoquo modo possit, aut debeat: Néc ipsorum aliquis infra biennium à fine termini huiusmodi sui Prouincialatus officij computandum ad idem officium aliquatenus denuò recipiatur.

Constitutio Nicolai Quinti. Nicolaus Episcopus &c. Dudum siquidem fel. rec.[a] Martinus Papa V. Prædecessor noster pro directione, & reformatione dilectorum filiorum Prouincialium Priorum, nec non vniuersorum Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini inter alia statuit, & ordinauit, quod ex tunc in antea nullus Prior Prouincialis dicti Ordinis deberet, aut posset officium Prouincialatus vltra tres annos continuos si Magister in Theologia, & vltrà duos si alterius gradus existeret, retinere &c. Cum itaque postmodum sicut accepimus, nonnulli &c. contra litterarum prædictarum dispositionem temerè attentando, vt in dicto officio prouincialatus perpetui fierent, siue diutius permanerent, illo qui fungerentur multipliciter facere præsumpserint &c. nos &c. abusionibus huiusmodi viam præcludere cupentes, nec non litteras Prædecessorum huiusmodi tenore præsentium ratificantes &c. omnes quoque dispensationes &c. hactenus concessas reuocantes &c. statuimus, & ordinamus, quod ex nunc in antea futuris temporibus singuli dicti Ordinis Prouinciales Priores per triennium dumtaxat, & non vltra si Magistri in Theologia fuerint, & per bienninm si non fuerint in Theologia Magistri Prouincialatus fungantur officio &c. non obstantibus &c.

Constitutio Sixti V. Sixtus Papa V. exigit &c. cum autem nihil reperiatur per Sedem Apostolicam statutum, quo Prior generalis dicti Ordinis aut perpetuus, aut temporalis esse debeat &c. motu proprio &c. statuimus &c. quod electio personæ in Priorem Generalem d. Ordinis &c. ad sexennium dumtaxat duret, quodque illis elapsis &c. Capitulum generale d. Ordinis singulo quoque sexennio celebrari debeat, in quo semper nouus Prior Generalis eligatur, & nunquam idem confirmetur. Quocirca omnibus, & singulis dicti Ordinis Professoribus huic negocio incumbentibus sub excommunicationis sententia eoipso incurrenda præcipimus, quatenus singulo quoque sexennio ad noui Prioris Generalis d. Ordinis electionem procedant, nec ipsi, seu tunc existens Prior generalis &c. quacumque de causa etiam vrgentissima confirmationem, siue extensionem dicti Officij, in aliud etiam breuissimum

ſimum tempus à Sede Apoſtolica petere, & obtenta vti audeat, aut præſumat &c. Decernentes aliter factas electiones, & confirmationes nullas, & irritas nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe non obſtantibus &c.

De modo eligendi Diffinitores num. 5. Eadem die ſabbati &c. Diffinitorium cuiuslibet Prouincialis Capituli nouem Patrum numero integrari volumus videlicet Patre Præſidente, niſi adſit P. Reuerendiſs. Generalis, Priore Prouinciali electo, & Prouinciali abſoluto, quatuor Diffinitoribus electis, & duobus Viſitatoribus biennij tunc proximè futuri &c. Num. 5. *Conſtitutio Ordinis ex 3. p. c. 7. n. 5.*

Sacrę Congreg. Episcoporum, & Regularium.

Eminentissimo, & Reuerendissimo D.

CARD. S. CECILIÆ

Quiten. nullitatis cassationis Capituli.

P R O

Prouincia Quitensi, & electis in illius Capitulo Prouinciali,

Summarium.

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apost. 1684.

Superiorum permissu.